filij tui. Redeuntiq; ad vespam iacob
de agro· egressa est ī occursum eius lya·
⁊ ait: Ad me inquit intrabis: quia mer
cede conduxi te ꝓ mādragoris filij mei.
Dormiuitq; cū ea nocte illa· ⁊ exaudi-
uit deus p̄ces eius: Concepitq; ⁊ pepe-
rit filiū quintū· ⁊ ait: Dedit deus mer-
cedem mihi: quia dedi ancillam meaꝫ
viro meo. Appellauitq; nomen: ei⁹ ysa-
char. Rursum lya concipiēs peperit se-
xtū filiū· ⁊ ait: Dotauit me deus dote bo
na. Etiaꝫ hac vice mecum erit maritus
me⁹: eo ꝙ genuerim ei sex filios. Et id-
circo appellauit nomen eius zabulon.
Post quem peperit filiam nomine di-
nam. Recordatusq; dn̄s rachelis: exau
diuit eam· ⁊ aperuit vuluam eius· que
concepit ⁊ peperit filiū dicens: Abstulit
deus opprobriū meum. Et vocauit no-
men illius ioseph· dicens: Addat mihi
dn̄s filiū alterū. Nato aūt ioseph· dixit
iacob socero suo. Dimitte me vt reuer-
tar in patriam meā ⁊ ad terrā meā. Da
mihi vxores ⁊ liberos meos ꝓ quib⁹ ser
uiui tibi vt abeam. Tu scis nosti serui-
tutē qua seruiui tibi. Ait illi laban: In-
ueniam gratiā in conspectu tuo. Experi
mento didici: quia benedixerit mihi de
us ꝓpter te. Constitue mercedem tuam
quā dem tibi: At ille respondit: Tu no-
sti quomodo seruierim tibi· ⁊ quanta ī
manibus meis fuerit possessio. Modi-
cū habuisti anteq; venirem ad te· ⁊ nūc
diues effectus es: benedixitq; tibi deus
ad introitū meuꝫ. Iustum est igitur vt
aliquando ꝓuideam domui mee. Di-
xitq; laban. Quid tibi dabo? At ille ait:
nihil volo· sed si feceris qđ postulo: ite-
rum pascam ⁊ custodiā pecora tua. Gy
ra omnes greges tuos· ⁊ separa cūctas
oues varias et sparso vellere et quod-
cūq; fuluū ⁊ maculosum variumq; fu-
erit· tam in ouib⁹ q̄ in capris· erit mer-
ces mea. Respondebitq; mihi cras iu-
sticia mea quando placiti tempus ad-
uenerit coram te· ⁊ omnia que non fue-
rint varia ⁊ maculosa ⁊ fulua tam ī oui
bus q̄ in capris furti me argues. Di-
xitq; laban: Gratuꝫ habeo qđ petis. Et
separauit in die illa capras ⁊ oues ⁊ hir
cos ⁊ arietes varios ⁊ maculosos. Cū-
ctum aūt gregem vnicolorem· id est al-
bi ⁊ nigri velleris· tradidit in manu fi-
liorum suoꝝ· ⁊ posuit spaciū itineris tri
um dierum inter se ⁊ generum: qui pa-
scebat reliquas greges eius. Tollens ḡ
iacob virgas populeas virides ⁊ amy-
gdalinas ⁊ ex platanis· ex parte decorti
cauit eas. Detractisq; corticibus in his
que spoliata fuerant· candor apparuit:
illa vero que integra fuerant· virida per-
manserunt· atq; in hunc modum color
effectus est varius. Posuitq; eas in ca
nalibus vbi effundebatur aqua vt cum
venissent greges ad bibenduꝫ· ante ocu
los haberent virgas: ⁊ in aspectu earuꝫ
conciperent. Factumq; est vt in ipso calo
re coitus oues intuerentur virgas· ⁊ pa
rerent maculosa ⁊ varia ⁊ diuerso colo-
re respersa. Diuisitq; gregem iacob: et
posuit virgas in canalibus ante oculos
arietū. Erant aūt alba ⁊ nigra queq; la
ban· cetera vero iacob. sepatis inter se gre
gibus. Igit̄ quādo primo tp̄e ascende-
bant oues ponebat iacob virgas in ca-
nalibus aquarū ante oculos arietum ⁊
ouiū· vt in earū contemplatione conci-
perent. Quādo vero serotina admissura
erat· ⁊ cōcept⁹ extrem⁹: nō ponebat eas
Factaq; sunt ea q̄ erāt serotina laban ⁊
q̄ primi tp̄is iacob. Ditatusq; est hō vl
tra modū· ⁊ habuit greges multos an-
cillas ⁊ seruos· camelos ⁊ asinos.

C XXXI

Postq; aūt audiuit
verba filioꝝ laban dicētiū: tu-
lit iacob oīa q̄ fuerāt patris nr̄i·
⁊ de illi⁹ facultate ditat⁹· factus ē inclit⁹
animaduertit quoq; faciē laban ꝙ non
esset erga se sicut heri ⁊ nudiustertii⁹: maxi
me dicente sibi dn̄o: reuertere in terraꝫ

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0030
TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG